



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

9.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**



ob defectum unius litteræ vel syllabæ, infirmatur Rescriptum Apostolicum, *cap. ex parte 11. & ibid: gloss: de fide instrum.* nisi sensus substantialiter mutetur: quo facto meritò Rescriptum de falsitate suspectum esse potest, uti etiam tunc, cum jure communi est repugnans & stylo curiæ, nullam de eo mentionem faciens. *cap. de Capellis Monach: ult: Cod. Si contra jus, & utilitatem publicam.*

9. Quod si rescriptum contra privilegia impetratum, speciali & expressâ clausulâ derogatoriâ munitum non sit, nihil operatur, *cap. Ordinem hoc tit. si Reipub: sit noxium, textus reclamatur, L. fin. C. si contra jus. si fisco damnosum; resistit pariter. L. 3. Cod. de prec. Imperat. offer. si in tertii præjudicium, non minus invalidum, L. 2. Cod. eodem. si contra transactionem, nullum, L. Causas. 16. C. de transact. si contra sententiam, à qua appellatum non fuit lite pendente ( nisi in casibus à jure expressis ) fides tollitur Rescripto, L. 1. & 2. C. ut lite pendente non jure quidem, sed ope exceptionis, si sint rescripta justitiæ. *cap. 2. de filiis Præsbyt: in 6. sin gratiæ, occulta-**



tâ veritate; aut narratâ falsitate nihil ignorantia suffragatur. *cap. constit. 19. de Rescript.*

10. An rasura vitiet rescriptum, variant Legistæ. Placet Barthol: in *L. si unus C. de testam:* docens vitiari aperta & impediti eorum executionem in possessorio, si reperiantur in parte substantiali, *cap. licet. §. 5. & ibid: Gloss: ver. rasuris.* negans, quando rescripta clausa sunt, in quocunq; loco rasura fuerit, quia non est præsumptio contra impetrantem. *argum: L. si unus. C. de Testament.* An etiam, si aperta rescripta aliquando fuerunt sana, ac casu aliquo pervenerunt ad manus adversarii, & postea reperiuntur vitiata, rescripta corrumpantur? Respondet Baldus in *L. 1. sub n. 4. de fid: instr:* censeri vitiata, in quocunq; loco fuerit rasura, quia præsumitur, quod Adversarius abraferit dolosè, *cap. accepimus de fid: instrum: & ibid: Ioan: Andr: n. 5.* idemq; est, si reperiantur apud impetrantem, & rasura sit in narratione facti, *cap. ex literis de fid: instrum:* esto sit paucarum literarum *cap. fin: de crimin: falsi.* aut scriptura abrafa in loco substantiali ita sit scripta, ut videatur manus Notarii, *gloss: fin: in cap: cum*